

### De nomine.

**A**mandus quoniam amabilis dicitur habuit ei in se tria que faciunt hominem esse amabilem. Primum est societas grata. prouerbiorum xi. Vir amabilis ad societatem. Secundum est conuersationis honestas. Et sic dicitur de hester. ij. q. omnium oculis amabilis videbatur. Tertium est virtuositas probitatis. ij. Paralipomenon. ij. Saul et Ionathas amabiles et decori.

### De sancto amando.

**A**mandus ex nobilibus parentibus ortus cum ad monasterium ambularet quando da maximum serpentem inuenit. Quem statim virtute crucis et oratione ad foueam nunquam in exitum redire coegit. Veniens autem ad sepulchrum sancti martini anis quoddecim ibi mansit. cilicio indutus et aqua et pane ordeacio sustentatus. Post hoc dum romam iussisset et in ecclesia in ordine predicaret. custos ecclesie ipsum irreuerenter foras eiecit qui dum ad admonitionem sancti petri qui sibi ante fores ecclesie dormienti appuisset ad gallias iussisset et ibi regem dago bertum pro suis criminibus increparet iratus rex eum de suo regno eiecit. Denique cum rex filium non haberet et oratione facta ad dominum filium habuisset cogitare cepit a quo infantem suum faceret baptisari. venit quod in mente mei ut ab amando eum faceret baptisari. Quosito igitur amando et ad regem adducto. rex ad pedes eius prosternens. rogauitque ut sibi indulgeret. et filium suum quem sibi dominus dederat baptisaret. Ille vero premissa petitione benigne concessit. sed secularibus

negociis implicari metuens secedam. renuit et abcessit. Tunc videtur per b' amando. annuit voto regis. quem cum baptisaret tacetibus cunctis infans respondit amen. Post hoc rex ipsum in traiecitense episcopum sublimari fecit ubi cum a plerisque verbis predicacionis contemni videret in valconiam iuit. Ibi cum quodam ioculatoris verbis eius irideret a demone arripit. Tunc propriis dedit b' se discerpens quod viro dei iniurias fecerit confiteatur et statim miserabiliter moritur. Dux autem quodam vice manus lauaret quodam episcopus aquam illam suam fecit de qua quodam cetero postmodum curat' fuit. Cum in quodam loco de voluntate regis monasterium construere vellet. quidam episcopus prime ciuitatis moleste sed sustinens misit famulos suos ut aut ipsum eicerent. aut certe occiderent. Qui venientes eidem dolose dixerunt ut secum pergeret et sibi locum aptum ad monasterium ostenderet. Ille autem malicia eorum precognoscens usque ad cacumen montis ubi eum occidere cupiebant cum eis iuit eo quod multum martirium affectaret. Sed ecce tanta pluuia et tempestate mons tegitur ut se mutuo videre non possent. Et se iam mori putantes prostrati veniam postulabant. Et ut eos viuos abire permetteret exorabant. Qui orationem effudit et serenitatem maximam impetrauit. Illi ergo ad propria redierunt. Et sanctus amando euadens et multa alia miracula faciens in pace quieuit. Floruit autem circa annos domini 673. tempore eraclij.

### De nomine



**V**alentinus dicitur quasi valorem tenens. Hoc est. in sanctitate perseverans. Vel dicitur valentinus quasi valens tyro id est miles christi fortis. Miles autem dicitur valens qui nunquam cedit. ferit fortiter se valenter defendit potenter vincit. Sic valentinus non cessit martirium vitando. percussit idolatriam euacuando defendit fidei communiendo vicit paciendo.

**De sancto Valentino presbitero et martire**

**V**alentinus reuerendus presbiter fuit. Quem claudius Imperator ad se adduci faciens interrogauit dicens. Quid est valentine. cur amicitia nostra non frueris vt deos nostros adorans superstitione tue abicias vanitatis. Cui valentinus. Si gratiam dei scires ista nequaquam diceres. sed ab idolis animam reuocares et deum qui est in celis adorares. Tunc quodam quod claudio astabat dixit. Quid vis dicere valentine de scitate deorum nostrorum? Cui valentinus. Ego de eis nil dico nisi quod fuerunt homines miseri et omni inuidicia pleni. Ad quez cladius. Si christus verus deus est. cur mihi non dicitis quod verum est? Cui valentinus. Vere christus solus est deus in quem si credideris anima tua saluabitur. Respublica augebitur. omnium inimicorum tibi victoria cedere. Respondens cladius astantibus dixit. Viri romani audite quod sapienter et recte loquitur homo iste. Tunc dixit presbiter. seductus est impator. Quomodo deserimus quod ab infancia tenuimus. Et tunc cor

claudii immutatum est. Traditus autem est valentinus cuidam principi in custodiam. Dum ergo in domum ductus fuisset ait domine iesu christe qui es verum lumen. illumina domum istam vt te deum verum cognoscant. Cui presbiter. Miror te dicentem quod christus est lumen. Et qui dem si filiam meam diu cecam illuminaueris faciam quecumque preceperis. Tunc valentinus orans eius filiam cecam illuminauit et omnes de domo sua conuertit. Tunc imperator valentinum decollari precepit. Floruit circa annos domini. cclxxx.

**De sancta Juliana**

**J**uliana dum eugolio presbitero nicodemie desponsata esset et nollet sibi aliquatenus copulari nisi reciperet fidem christi. iussit eam pater suus expoliari ac grauis sume cedi ac ipsi presbitero tradi. Cui presbiter ait. dulcissima mea Juliana cur me ita delusisti vt sic me reueres. Cui illa. Si adoraueris deum meum ad que sciam tibi alioquin nunquam dominus mereris. Cui presbiter. domina mea. Bene facere non possu quia impator aputari faceret caput meum. Cui illa. si ita times imperatores mortalem. quomodo vis vt imperatorem non timeas immortalis. Fac quicquid vis quia me decipere non valebis. Tunc presbiter iussit eam grauis sume cedi et dimidia die per capillos apprehendi. et pluribus ligata cum in capite eius fuerit. Quod cum ei nihil nocuisset ipsa catenis ligauit et in carcerem reclusit. ad quam venit dyabolus in specie angeli dicens. Juliana ego sum angelus domini qui me ad te misit vt te